Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

equacionis diei punctum z. et sint duo arcus circulorum super quos sint b h
b t a duabus partibus puncti b. circumferencie diei et describam duos arcus orbis
meridiei super polum z. et super duo puncta h t. super quos sint z t h. z t l.
Dico igitur quod angulus t h b. equalis est angulo z t c. quia triangulus
b h t. est equalium angulorum cum triangulo. b t l. eo quod latera eorum sint
equalia unumquodque latus et eius relatum h b. equale b t. et h t circulo
t l. et b t equale b l. Et iam declaratum est hoc totum in hiis quod precessit
Ergo angulus t h b. equatur angulo b t l. quem circumferencie equat angulo z h t et
illud est quod optimum demonstrare.



Ostendam etiam quod ei fiunt duo puncta orbis signorum equalia lo
gitudinis a puncto tropici duo anguli quorum sint ab orbe meridiei
ambo equantur duobus angulis rectis. Et oblinet describam arcum
orbis signorum super quos sint a b g et sit punctum. b. punctum tropici et describam
duos arcus elongationis equalis tropici puncto super quos sint b e. b d
et describam super duo puncta d e. et super. z. quod est polus circulorum dei du
os arcus orbis meridiei super quos sint z d. z e. Dico igitur quod angulus
z d b. et angulus z e g. sint equales duobus angulis rectis hinc autem con
sio est quia duo puncta d e. sint equalia elongationis a puncto tropici per hos ar
cus erit d z. equalis arcui z e. ergo angulus z d b. equalis est angulo
z e b. angulus ad z e b. et angulus z e g. equantur duobus angulis
rectis. et id est quod optimum nos declarare



Et post istam cocinam que primum describa circulum orbis medi
dei super quem sint a b g d. et medietatem circuli orbis signorum
super quem sint a e g et sit punctum quod tropicum hyemale.
et describam super polum a. secundum spatium latitudinis quadrati medietatem circuli
super quem sint b c d. et quia orbis meridiei qui est a b g d. est descriptus
supra duos polos a e g. b c d erit arcus c d. quarta circuli angulus
ergo d a e. erit rectus. et per hoc tunc iam precessit declaratio erit etiam an
gulus cui est apud tropicum estivum rectus et id est quod optimum nos declarare
Describam etiam circulum orbis meridiei super quem sint a b g d et medietatem
circuli equationis diei autumnale et describam super polum s. secundum spatium
latitudinis quadrati semicirculi b z. c d per hoc ergo quod circulus a b g. circumscribitur
super duos polos a e g. b c d. erit commissus horum a z. c d. quarta circuli
circuli. per hoc quod punctum. z. tropici hyemale et arcus z e. c partes
decimas iam ostensum est quod ipse est 23. partes et 51. min erit totus arcus z e d
113 partes et 51. min secundum quantitatem qua erit angulus rectus 90. partes et per ea
precessit declaratio est angulus puncti equalitatis inaequalis quem com
plementum cocinam que renascetur ex duobus angulis rectis quod est 66 pars
et 9. min. Et describam etiam circulum orbis meridiei super quem sint a b. g d. et me
dietatem circuli equationis super quem sint a e g. et medietatem circuli orbis
signorum super quem sint b z d. Et quia. z. punctum circuli autumnale et sit arcus
b z. primo signum omnium quod est ergo Manifestum est ad quod punctum. b. est